



**LIBRI || OFFICIALIS || SIVE AGENDAE S.|| TREVERENSIS  
ECCLESIAE PARS || POSTERIOR, IN QVA IAM PRIDEM  
RECEPTI ET || longa consuetudine confirmati  
Catholico-||rum ritus, quasi in vnum corpus ...**

**Jakob <III., Trier, Erzbischof>**

**Trevorum, 1576**

**VD16 ZV 206**

Adoratio Crucis in die parasceues cu[m] canticis & Hymnis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-75472)

DE ADORATIO  
NE CRVCIS IN DIE PA-  
RASCEVES.

Finitis Orationibus, quæ post passionem in missali habentur, duo Presbyteri procedunt ad cornu Epistolarę, & ibi in posteriori parte anguli altaris, accipiunt crucem, à ministris sibi præparatam: & versa facie ad chorū cantat sequentem Antiphonam.

P o pu le meus, quid feci tibi,

aut in quo cōtri stauit te? Respon-

de mihi: Qui a edux i te de terra  
AE-

AEGIPTI, para sti crucē saluato.

Diaconi cantent  
aut pueri duo.

ri tuo.

A

gyos, o theos, Agyos yf.

chyros, Agyos athanatos, e-

Tum cantet  
Chorus cum  
genusflectione.

ley son ymas.

H 4 San-

**S**anctus deus, sanctus fortis, sanctus

& immortalis, miserere nobis.

Iterum portantes Crucem cantent Presbyteri.

**Q**ui a e duxi te per desertum

quadraginta annis, & manna cibau

te, & introduxi in terram satis optimam,

mam, parasti crucem saluatori tuo.

Iterū vt su-

pra cantēt

Diaconi

aut pueri.

Subiungit

Chorus.

Agyos.

Sanctus, &c.

Item portantes Crucem.

Quid vltra debui facere tibi, &

non feci? Ego quidē plantaui te

vineam meam speciō sissimā, &  
tufa-

tu facta es mihi nimis amara , a-

ceto namq; mixto cū felle, sitim me.

am potasti, & lancea perforasti latus

Item ut Iterum  
supra. ctiam.

Saluatoris tu i. Agyos.&c.

Hic sacerdos sublato velamine tota  
liter de Crucifixo, eleuando cū ter-  
cio altius incipit sequentē Antiphonā.

Sanctus.&c.

Ecce

Subiungit  
Chorus.

**E**cce lignū crucis,      **I**n quo

salus mūdi peperit: veni te adore-

mus      **P**salmus.      **B**ea ti immaculati in

via, qui ambulant in lege domini.

Iterum sacer-  
dos ut supra,  
voce paulu-  
lū intensioni.

**E**cce lignū.      **B**eati qui scru-  
tantur

tantur testimonia eius, in toto corde

Repetit ter-  
tio sacerdos  
adhuc intē-  
sionī voce.  
exquirunteum. **E**cclignū.

**V**tinā dirigantur vię mee, ad custo-

diendas iustificationes tuas.

Alia Antiphona.

**C**rucem tuam adoramus domine,  
& sanctā

& sanctam resurrectionem tuam lau-

damus, & glorificamus: Ecce enim

propter crucem ve nit gaudium in v-

niuerso mundo. **Versic.** Deus mise-

reatur nostri, & benedicat nobis: illu-

I minet

In die festo

98

minet vultum suum super nos, & mi-

sereatur nostri.

Ponatur Crux, ut omnes prostrati, adorare possint:  
& dicant sacerdos & ministri, subsequentes orationes,  
cum tribus genuflexionibus.

In prima genu flexione.

Domine Iesu Christe, deus verus de  
deo vero: qui pro redemptione huma-  
ni generis serpentina suasione decepti:  
mundum erroribus implicatum, illu-  
minare, & Crucis patibulū subire vo-  
luisti: ut & lignū ligno vinceres: & pec-  
cati hereditariam mortē morte poten-  
tissima superares: exaudi me miserum

& in-

& indignum, prostratum ante oculos  
tuę benignissimę maiestatis, & adoratę  
te, & benedicentem nomen tuum san-  
ctum, atq; terribile: & concede mihi,  
te puro corde sapere: te laudare: te præ-  
dicare: & per vexillū istius sancte Crucis,  
quam hodie in tuo nomine adora-  
turus adueni, mentē meam corpusq;  
meū sanctifica, scuto fidei tuę me cir-  
cumcinge: galeā salutis mihi impone,  
gladio spirituali me accinge: vt contra  
hostem nequissimum pugnaturus: &  
tuę muniar miserationis auxilio, & sa-  
lutiferę crucis vexillo: cūctiq; tuo san-  
cto nomine insigniti ab hostis perfidi  
incursione sint securi. Qui cum deo  
patre & spiritu sancto, viuis & regnas  
Deus. Per omnia sacula sæculorum.

**Respon.** Amen.

**In secunda genuflexione.**

I H 2      D̄eus

Deus, qui Moysi famulo tuo, in via  
squalentis herem, serpentem æneum  
in media populi multitudine, ad li-  
berandas animas lœtali viru infectas, ex-  
altari iussisti: ut si quis mortifero vulne-  
re inflictus, ad eū respiceret, & venenū  
exitiale euaderet, & optatæ salutis vitâ  
adipisceretur: significans te ipsum, post  
longa futura curricula, pro tuę salute  
psalmatis, crucis extollendum patibu-  
lo: ut quos diabolus armis inuidie cap-  
tiuauerat, tua desiderabilis passio ad  
patriâ reuocaret: **Concede** mihi tam  
misero peccatori: quam omnibus tuo  
cruore mercatis: qui hodie tuam san-  
ctam passionem supplices venerantur,  
lignumq; vitæ adorant: ut diabolicas  
insidias, te adiuuâte vincamus: & vitæ  
æternæ participes esse mereamur. Per  
te Iesu Christe saluator qui cum deo

patre

patre & spiritu sancto viuis & regnas  
Deus, per omnia saecula saeculorum.

**Respon.** Amen.

*In tercia genuflexione.*

**D**omine Iesu Christe, qui nos per  
Crucis passionem, hodierna die, de dia-  
bolica seruitute liberasti: vt quo die  
hominem condideras, eodem & refor-  
mares: Exaudi me miserum peccato-  
rem coram hoc signaculo crucis con-  
fiteme te & deprecantem: vt huius  
venerabilis & vitalis ligni tuitione mu-  
nitus: & hostis nequissimi ignea tela  
repellere: & ab inflictis curari vulneri-  
bus, & ad vitam aeternam valeam perue-  
nire, Perte Iesu Christe saluator, &c.

*Antiphona.*

---

---

---

**C**um fabricator mundi mortis sup-  
I 3 plici-

pliciū pateretur in cruce, clamans

voce magna, tradidit spiritum.

**E**t ecce velum templi diuinum est,

monumenta aperta sunt, terrae mo-

tus enim factus est magnus:

gnus: **Q**uiam mortē fili j de i, cla-

mabat mundus, se sustine re

non posse. **A**per to er go lan-

cea militis latere crucifixi domini,

exi uit sanguis, & a qua, in redē-  
I 4 ptio-

ptio nem salu tis no stre.

Antiphona.

O admirabile preci um cu-

ius pon de re capti ui tas

redempta est mundi, tartarea confra-

Eta sunt claustra inferni, aperta est  
nobis

nobis ianua p̄ re gni.

Hymnus.

**C**rux fide lis, inter om nes arbor

una nobilis, nulla silua talē profert frō-

de, flore, germine. **D**ulce lignū dulces

clauos, dulce pōdus sustinēs. **C**rux.

Pange

Pange lingua gloriosi prælum cer-

taminis: & super crucis trophæo, dic

triumphū nobilē: qualiter redēptor

orbis, immolatus vicerit. **D**ulce lign.

**D**e parentis prothoplasti fraude fa-  
ctor condolens: quando pomi noxia-  
lis morsu, in mortē corruit: ipse lignū  
tūc notauit, dāna ligni vt solueret. **C**r.

**H**oc

**H**oc opus, nostræ salutis ordo, de-  
poposcerat: multiformis proditoris  
ars ut artem falleret: & medelam fer-  
ret inde, hostis vnde læserat. **D**ulce lig.

**Q**uando venit ergo sacri plenitudo  
temporis: missus est ab arce patris, na-  
tus orbis cōditor: atq; ve ntre virginali  
caro factus prodijt. **C**rux fidelis.

**V**agit infans inter arcta positus præ-  
sephia: membra pannis inuoluta, virgo  
mater alligat: & pedes manusq;, crura  
stricta cingit fascia. **D**ulce lignum.

**L**ustra sex qui iam peracta, tempus  
implens corporis: se volente natus, ad  
hoc passioni deditus, agnus in crucis, le-  
uatur, immolandus stipite. **C**rux fi.

**H**ic acetum, fel, arundo, sputa, cla-  
uis, lacea: mite corpus perforatur: san-  
guis vnda profluit: terra, pontus, astra,  
mūdus, quo lauātur flumine. **D**ulce:  
**F**lecte

**F**lecte ramos arbor alta: tensa laxa  
viscera: & rigor lentescat ille, quem de-  
dit natiuitas: vt superni membra regis,  
miti tendas stipite. **Crux fidelis.**

**S**ola digna tu fuisti, ferre precium  
sæculi: atq; portum præparare, nauta  
mundo naufrago: quē sacer crux per-  
unxit, fusus agni corpore. **Dulce lig.**

**G**loria æterno patri, pro salute posi-  
ta: gloria vñico eius, qui creauit omni-  
a: spirituiq; sancto , in sempiterna sæ-  
cula. **Crux fidelis.**

**C**ruce salutata, & in loco suo reposita, sacerdos  
casula indutus, quasi missam celebraturus, faciat so-  
lo more confessionē, & reliqua prout in missali ha-  
bentur, perficiat, quibus omnibus absolutis sequitur

## ORDO

